

tani sequebantur. *P.* Quid tum egit Magistratus? *O.* Horum templa aperuit & addixit Evangelicis, eorumque cultui sacro. *P.* Deo itaque propitio fortunatè incrementa capiebat Augustæ doctrina Evangelica. *O.* Ita quidem est; at paulo post haud leves eam rursus obruebant nebulæ. *P.* Cur ita? *O.* Causas atque occasiones indicaturi sunt commilitones subsequentes.

Colloquium XIX^{num.}

De remotione ministrorum Evangelicorum prima.

RAYMUNDUS et QUINTILIANUS.

R. Qui casus rerumque fata tam celeriter obnubilaverunt Augustæ Evangelii lucem. *Q.* Primo clerus catholicus modo has, modo illas contra concionatores Evangelicos, eorumque pro suggestu pronunciata nullas non
perpe-